

The *Manipulus/Scotichronicon* Project
(<http://web.wlu.ca/history/cnighman/Scotichronicon/index.html>)

Philosophia h

...scribit Alexander de naturis rerum.
O felicia antiquorum tempora in quibus ipsi
imperatores mundum regentes seipsos
philosophie dederunt,
ut patuit de Alexandro Macedone, de Iulio
Cesare, de Ptolomeo rege!

O felicia antiquorum tempora in quibus ipsi
imperatores mundum regentes seipsos
philosophie dederunt
ut patuit de Alexandro Macedone, de Iulio
Cesare, de Tholomeo rege.

Cuiuslibet enim regni gloria crevit in
immensum quamdiu arcium liberalium
studia in ipso floruerunt.

Cuiuslibet enim regni gloria crevit in
immensum quamdiu arcium liberalium
studia in ipso floruerunt.

Victoria enim milicie et gloria et philosophia
quasi simul concurrerunt; et merito, quia
philosophia vera docet iuste et recte regnare.
‘Per me enim reges regnant’,
ait Sapiencia.

Victoria enim milicie et gloria et philosophia
quasi simul concurrerunt. Et merito quia
philosophia uera docet iuste et recte regnare.
Per me enim reges regnant,
ait Sapiencia.

Scotichronicon, 16.30 (Watt ed., vol.8.
pp.312/314, ll.98-105).

Ibidem (Hugo in didascalicon libro III.) et
scribit Alexander de naturis rerum.

(“Only a few of Neckam’s words are worked
into the passage.”: p.386, n.114)

Manipulus florum, Philosophia h

Et de hoc Alexander Necham
lib. 2. de naturis rerum, vbi ait.

O foelicia antiquorum tempora, in quibus ipsi
Imperatores, mundum subhastantes, se ipsos
philosophiae dederunt,
vt dictum est alias de Alexandro, de Iulio
Caesare, de Ptolomaeo rege
Aegypti,
qui fuerunt studiosi sapientiae. Ibidem.

Cuiuslibet regni gloria crevit in
immensum, quamdiu artium ingenuarum
in ipso floruerunt studia,
vt patuit de Graecia, quando Athenis studia
floruerunt, de Roma, de regno Francorum,
ex quo floruerunt in illo studia.

Victoriae, militiae, et studia philosophiae
quasi simul concurrerunt, et hoc merito, quia
philosophia vias docet recte et iuste regnandi:
Per me, enim reges regnant
ait Sapiencia
Prouerb. 8. [:15] et de hoc supra par. 1.

Iohannes Galensis, *Compendiloquium*, 10.1.1
(Roma, 1655, pp.409-10).

Sed
o felicia antiquorum tempora, in quibus et ipsi
imperatores mundum subhastantes, seipsos
philosophiae subdiderunt.

Alexander Neckam, *De naturis rerum*, 2.174
(T. Wright ed., p.309).

Cujuslibet regni gloria crevit in
immensum quamdiu artium ingenuarum
in ipso floruerunt studia.

Alexander Neckam, *De naturis rerum*, 2.174
(T. Wright ed., p.308).

Per me reges regnant

et legum conditores iusta decernunt
(Prou. 8:15).